

fundatam esse eorum intentionem super hujusmodi fructuum indebito, statim expressa dilatione per biennium, cujus casu, ubi etiam aliud dictum non esset, nulli fructus deberentur, quamvis ageretur de pretio rei fructifera, pro quo sine dubio debiti essent fructus recompenfativi ex aequitate text. in leg. curabit, Cod. de action. empti, de quorum bonorum in leg. eorum scribens pro debitoribus admittendam, hujusmodi tabernam regulandam esse iuxta deditur in Viterbien. & discurs. praecedent. quoniam dilatio dicitur pars pretii, & consequenter, ubi ea concessa non est, expressè conventum de fructibus interim decurrendis, receptum est eos non deberi, quoniam censetur ab initio istud emptio commodum, & respectu esse, ut per Gabr. conf. 57. num. 5. lib. 1. adden. 3. compensatum esse, ut per Gabr. conf. 57. num. 5. lib. 1. adden. 4. Gregor. dec. 204. num. 32. Leotar. de usur. quest. 27. num. 31. & 199. apud quos concordantes; Multo magis ac extra omnem ambiguitatem dam in ipso venditionis instrumento id specificatum fuit, quod scilicet interim nulli deberentur fructus.

His tamen non obstantibus Rota fuit in contraria sententia, ex eo quod ex partitis librorum ipsorummet emptorum, alique probationibus, vel admitticulis, sufficeret constare videretur, quod ad quemdam exuberantem cautam ita in instrumento specificatum esset, revera tamen de eisdem fructibus interim solvendis ad dictam rationem quinque pro centenario conventum esset, unde cum rejectis aliorum praefertim Moralium dubitationibus, in foro omnino receptum ac absolutum sit, etiam in casu expressè dilationis conventionalis de hujusmodi fructibus posse conveniri ex his, quae in tot aliis causis hoc eodem titulo habentur, idcirco dictum fuit non curandum esse de cortice & figura verborum, dum constat de substantia veritatis ut in decisione desuper edita.

In repropotione autem causae adversus decisionem, non impugnabam veritatem hujus assumpti in abstracto, dicebam tamen in concreto resolutionem non subsistere ex duplici motivo, uno ordinis & altero iustitiae. Ordinis etenim, quoniam in Rota strictè disputabatur de executione Cameralis creditor obtineretur ad normam instrumenti dictam obligationem continentis, unde cum in dicto instrumento dicti fructus essent expressè remissi, idcirco in substantia mandati erat omnino plana, quamvis aeterna iustitia idem fructus in vim praefatarum aliarum probationum deberentur, cum ipsorum vigore in iudicio ordinario fuit debuerint, atque inspecta etiam sola veritate, motivum erat solidum, sed quia concordabat solum ordinem, seu exceptionem dilatoriam, hinc propterea pro meo iusto & genio, parum, seu lente in eo insisterem.

Et quoad iustitiam cum in eisdem libris, ex quibus actor, afferens iustitiam apocam, dictam probationem deducebat, insinuat per dictos fructus solvendos esse pro cambiis, ita limitatis; Dicebam quod nisi creditor doceret de spaciis, seu justificatione cambiorum realium ad formam constitutionis 118. Pii V. nihil praetendi poterat, quamvis ageretur de pretio rei fructifera, pro quo alias debiti essent fructus recompenfativi ad normam d. text. in l. curabit, quia si pretium translatum in diversum contractum, puta cambium, vel censum, ratione implicite solutionis sub tali novatione subintellecta, extincta dicitur prima causa debendi, solumque attenditur altera, qua non justificata cum suis requisitis, nullae accessiones debentur, ut per Surd. conf. 269. num. 18. Socin. conf. 139. circa fin. lib. 2. Cyriac. controverf. 252. n. 52. Teltai alleg. 16. nu. 36. Leotar. de usur. dist. qu. 27. num. fin.

Verum quamvis dicta conclusio pateret abstractè esset vera, adhuc difficultas erat in applicatione, ob defectum verificationis dictae formalis novationis, seu transiitionis in diversam causam contractus, cum id solum deduceretur ex illo verbo pro cambiis, quod est aequivocon, quoniam inter negotiantes hujusmodi fructus, seu accessiones sub hoc vocabulo quandoque explicari solent, etiam extra verum contractum cambium, unde propterea nisi per debitores bene doceretur de d. novatione, seu formali transiitione, inspecta veritate, credebam istam partitam deberi, quandoque solum gravamen consisteret in ordine iudicii, & incompetencia processus executivi.

Quo vero ad alteram partitam fructuum pro reliquis scuris 12. mill. datis in pecunia & mercibus ad complementum capitalis scutorum 30. mill. Dicebam hujusmodi conventionem nullo pacto subsistendi posse, cum illud creditum importet clarum, ac expressum mutuum pecuniarium, pro quo ab-

solutum est, non dato titulo justificativo interesse lucri constantis, vel damni emergentis, nullas accessiones circa usuram posse in conventionem deduci, cum in hac partita non cade- ret ratio, quae ob aviametum, sive quod in contractum locationis, & conditionis deduci possit militat in taberna, seu mercimonio quod confideretur tanquam universitas iuxta distinctionem, de qua in Viterbien. dec. praeced. ac in decisionibus in ea causa editis coram Cello, inter suas dec. 277. & 291. non impugnat in aliis subsequentibus, coram Albergo & Verolpio.

Et quamvis in huius causa dec. 8. fin. pro fundamento dictorum fructuum ponderetur motivum correfpectivitatatis, quod scilicet conventio mutui d. scut. 12. mill. licet per scripturam separatam, nihilominus sequuta sit contextualiter eadem die, coram eisdem notario & testibus, & cum intentione constituendi unum capitale, seu negotium scutor. 30. mill. cuius pars integralis esset ista illa summa; Atque quoad correfpectivitatatem ego crederem quod decimo bene diceret; Attamen fallacia consistere videbatur in applicatione, seu in consequentia exinde deducta; Stant enim bene simul partes habuisse hoc in animo agendi utrumque contractum, emptiois scilicet & venditionis fundachi pro pretio scut. 18. mill. & mutui scut. 12. mill. pro constitendo negotio scut. 30. mill. ita ut unus sine altero gestus non esset; Non inde tamen resultat videtur, ut pecunia data sub nomine & contractu mutui, transmutatur in pretium rei fructiferae venditae, dum iste contractus est defectu subjecti, sui requisitorum substantialium non est verificabilis; Dando in hoc practicum exemplum.

Si enim quis emere velit fundum, seu praedium, intentione tamen illud meliorandi, seu animalibus aliisque industriis instruendi, unde propterea cupit obtinere a venditore aliquam summam pecuniarum ad effectum id adimplendi, atque ita constituendi dictum praedium maioris valoris, majorique fructus, utique istud mutuum erit correfpectivum ad emptioem & venditionem, non inde tamen resultat, quod dicatur pretium fundi fructiferi, neque circa hoc in decisione, vel per scribentes in contrarium adducebatur auctoritas, vel ratio quae captivaret intellectionem; nam etiam in casu d. Viterbien. dist. praec. ac in decisionibus in ea editis, praefertim coram Cello agebatur de majori correfpectivitate, quoniam de unicate contractus continentis bona fructifera & infructifera, & tamen dicitur fructus, seu accessiones percipi solum posse pro rata fructuorum, non autem aliorum sterilitium, quamvis esset unicus actus, multo magis in praesenti; Credebam aliqui ex DD. idem quod motivum fuit in Viterbien. transactionis a Julii 1663. coram Tajo, de qua d. dist. praec. quod scilicet respectu istius rate non intraret terminus text. in l. curabit, sed illi contractus triini, sui termini textum in cap. per vestras de dona. inter vir. & ux. sed in contractum ego ponderabam eadem, quae habentur, dist. discurs. praec. & in Firmiana, dist. conf. 1. Non obstante quoque hujusmodi pecuniae & mercibus negotium impingantibus ipsi mutuatarii licet, ac utilitatem reportarent, ex recepto principio, de quo loquitur citatus, quod scilicet in materia usurarum non spectatur quid intraret mutuatarii, sed solum interesse mutuantis, vel contra, & sic non videbatur ad esse probabile motivum, cui d. resolutio quoad istas accessiones immitteretur.

Adhuc tamen reflectendo ad veritatem, difficultatem mihi inferebat illa circumstantia in decisione, ac per scribentes in contrarium non ponderata, quod haec summa ex donatione facta per patrem filii infansum destinata esset ad perficiendum, seu constituendum dictum capitale scut. 30. mill. fructuetum, unde dici possit pecunia destinata in emptioem, seu investimentum, verisimiliter producarum hunc fructum, utpote moderatum, & respondens fructibus, qui ex stabilitibus, vel censibus, aut levis montium verisimiliter obtineri porulissent; Et consequenter quod licet inter mutuantem & mutuatarium conveniri poterit de illo interesse, quod mutuari illi paritur in amissione illius utilitatis, quam alias ex investimento pecuniae reportarunt fuisset, negligendo aliud investimentum in gratiam mutuatarii, quia debet quidem mutuum esse gratitium, atque officii causa praestari, sed convenit esse damnosum, ut aliis relictis habetur apud Leotar. de usur. q. 72. n. 4. & 8. cum seqq. & saepe alibi hoc fit.

Potissime quia contractus gerebatur ex parte creditoris, non per ipsum, sed per ipsius infansum legitimum administratorem, atque in debitoribus sui mutuatarii non cadebat ratio indigentiae, & suffocationis, dum id volentarie fiebat ad industriam, ac longe maiorem utilitatem ab eis verisimiliter

perata

SUMMARIUM.

- 1 Falli series.
- 2 Ubi creatur census ex pretio rei fructifera non servata forma Bullae Pii, debentur tamen fructus ad rationem ipsius rei venditae.
- 3 Quando denegatur sanatio census etiam si constet de vero credito.
- 4 Quod in Regno Neapolitano servari debeat forma Bullae Pii V.
- 5 Distinguntur puncti, seu capita questionis.
- 6 Damna & interesse in censu nulliter creato sunt ad eandem rationem fructuum qui conventi erant.
- 7 De differentia inter fructus census & damna & interesse, quamvis ad eandem rationem, & de effectibus exinde resultantibus.
- 8 Quando imponitur census super re aliena, vel incapaci debentur fructus ad eandem rationem tanquam damna & interesse.
- 9 Item unicus census est invalidus ob inhabilitatem persona impositoris.
- 10 Quid ubi nullitas provenit ex defectu forma.
- 11 Declarantur conclusiones, de quibus n. 8. & 9.
- 12 Licet non est ab initio pro quocumque credito pecuniario pacificè de interesse etiam illud taxando ad certam summam.
- 13 Pro pretio rei venditae possunt conveniri fructus, vel reditus etiam ad maiorem rationem quam ipsa rei fructifera.
- 14 Declaratur conclusio, de qua, n. 12.
- 15 Declaratur conclusio, de qua, n. 13.
- 16 Ubi pretium rei fructifera convertitur in alium contractum si istius requisita non concurrunt, pro cursu fructuum nulli debentur.
- 17 Declaratur quando id pro cedat.
- 18 De differentia inter censum & cambium, vel conventioem de interesse.
- 19 De probatione exactionis usurarum ad effectum repetitionis, vel imputationis respectivo.
- 20 Sufficit, vel sexus, aut minor aetas an excuset in materia usurarum, distinguitur.
- 21 Ignorantia juris dubii assimilatur ignorantia facti, & excusat.
- 22 Quando creditor excusetur exigendo fructus recompenfativos in excessu.

DISC. XVII.

peratam, unde propterea, licet singulae juris conclusiones singulariter considerentur, iuxta opiniones, quas tenet Curia, rigorosè assentire debitoribus. Attamen inspecta tota facti serie, ac massa, omnibusque infimul consideratis stante praefertim moderatione d. accessionum, ut supra, quaedam non scripta aequitas ad favorem creditoris contrarium suadere videbatur, quo tamen de fructu iure non procedit, dum pupilli & imbeciles in hoc non sunt privilegiati, & aliud est agere in damnum ipsorum ad administratores, de quo in d. Viterbien. aliud vero cum tertio.

De tertio puncto curfus scilicet d. fructuum, seu accessionum pro dictis partibus, velleam altera, post sequentem restitutionem fundachi & mercium, illaque lire pendente, non agitur in decisione, sed deductum fuit in posterioribus disputationibus occasione illius revisionis, seu reformationis; In hoc autem scribentes pro creditore dicebant, quod licet fundachus fuerit clausus & dissolutus, unde propterea nullos fructus produxerit, nihilominus cum id proveniret factio & culpa ipsius debitoris, ob cuius defectum non percipiuntur illi fructus, quos alias vendita de sui natura produxerit, tunc haberi debeant pro perceptis in odium non percipientis, Cagnol. in eadem l. curabit, num. 35. Soc. Nata, Lupus, Sardi, & ceteri apud Leotar. quest. 27. num. 44. & supponitur dec. 164. num. 1. p. 1. r. ubi de eversione, vel diminutione fructuum alias quam ex facto & culpa emptoris, & cum eodem sensu processum fuit in Baren. Censu coram Verolpio & Bonaventura in infra. dist. seq. cum aliis plene collectis in hac materia per Sperril. dec. 118. super denegando, vel diminutione curfus hujusmodi fructuum recompenfativorum ob rei sterilitatem. Omnes enim procedunt cum praesupposito quod revendita ex aliquo accidentali & casu sterilis, vel minus fructifera facta sit. Et cum eodem sensu procedunt omnes in proposito contractus census, quoties tandem census reddatur sterilis, vel minus fructifer & capax; atque revera est principium certum, scripto ac naturali juri innixum; Si enim fundus ex sui natura sit apertus fructu produceri, possessor autem negligit illum colere, aliisque necessaria gerere pro eorumdem fructuum productione, & perceptione; sive domum locari solitam negligat locare, seu respectu ac habitabilem reddere, tunc absque dubio id cedere non debet in damnum venditoris, & creditoris pretii respectivo. Ideoque non negabam conclusionem, sed bene impugnabam applicationem ad factum, dum fundachi clausura non pervenerat ex electione ac facto mere voluntario, & de directo culposo debitorum, ita ut dici possit quod esset culpa ordinata ad casum, de quo ex ista culposo de iure tenetur, sed potius id proveniret ex facto ipsius creditoris, qui concepta suspitione debitoribus, corumque deterioratione, eos jurando suspectos, potius in fuga & causavit fundachi clausuram; Unde quando etiam suspicio habuisset probabile fundamentum, ponderabam id suffragari posse ad effectum excludendi ipsius creditoris dolum, seu culpam, ita ut dici non posset culposus, & consequenter alius erga debitorem obligatus ad damna & interesse, sed non per hoc esse converso sequitur quod ipsi debitoribus dici possent positive culposi, ita ut intraret dicta conclusio, quam reflectendo ad solam veritatem, credebam ex facti circumstantiis incurgere applicari ad casum. Ideoque pro hoc tempore, videbatur improbabile esse hujusmodi fructuum, seu accessionum praetensionem.

BAREN. CENSUS. PRO MARINO DE CORDE CUM JACOBO SALUTIO.

Casus varii decisis per Romanam, ut infra.

De eadem materia fructuum recompenfativorum pro pretio rei venditae ad terminos text. in l. curabit, c. de action. empti. Et quatenus illi sint regulariter debiti, quia de pretio rei fructifera exigantur, atque ad maiorem taxam, seu rationem, quam ipsius rei fructus importent, An & quando intret imputatio in fortem, eaque extincta etiam repetitio indebitè solvi. Et de differentia imputationis & repetitionis indebiti, & an in hoc bona fides creditoris, seu iusta credulitas excuset, & quid si pro pretio constituitur census, sed nulliter, an debeantur fructus tanquam damna & interesse, & ad quam rationem.

Card. de Luca, Lib. V.

Um Joseph Salutus Biruntinus in pupillari aetate constitutus possideret in Civitate Barri quandam domum ex successione forsan patris, qui prius Episcopus Morulensis fuit, deinde Prior illius fatis insignis Collegiate, ac Regalis Ecclesiae S. Nicolai, ejus tutor de anno 1629. illam vendidit Cafari de Corde pro scut. 3000. ex quibus prompè solutis mille, & pro reliquis bis mille imposuit censum super eadem domo ad rationem sex pro centenario, atque solutis, tam à primo emptore, quam à Martino ejus haerede fructibus usque ad annum circiter 1564. ex tunc denegata solutione iudicium instituit coram Ordinario super nullitate dicti census, super qua sententiam reportavit, declarantem fructus solutos extenuasse fortem principalem, quae sententia in gradu appellationis confirmata fuit per A. C. Undè introducta causa in Rota coram Verolpio, sub die 15. Julii 1661. pro eodem Martino responsum fuit, super dicti census nullitate, ob non servatam formam pecuniae numeratae à Bulla Pii V. in censibus praescriptam; Verum dictum fuit deberi fructus recompenfativos ad terminos textus in l. curabit, c. de action. empti, iuxta taxam legalem desumptam ex vulgari glossa in aub. perperis, c. de Sacros. Eccles. ad rationem quo inque pro centenario. Sed obtemperata per Martinum remissoria, factique probationibus, quod dicta domus locari solita esset pro pensione, quae habita proportionate ad dictum pretium constitueret fructum ad rationem trium pro centenario, idcirco reposita causa, sub die 4. Julii 1664. responsum fuit ad istam solam rationem dicto fructus calculandos esse, iuxta quem calculum, sub die 23. Junii 1664. coram eodem Verolpio dictum fuit ex fructibus excessivè solutis, fortem extinctam remanere, atque debitori jus competere repetendi scutos 500. excessivè solutos, denegata etiam per alteram decisionem eadem die 23. Junii 1664. coram eodem Verolpio praefati census sanatione concessa per Signaturam Gratiae cum clausula, arbitrio, quod dictum fuit non intrare stantibus dictis sententiis ab-

C 2

detantur, sub tit. de cambis in Rom. pecuniaria, seu cambio. rum pro Beneficis, disc. 7. ac etiam alibi hoc sit.

Illa etiam consideratione accedente, quod ratio ob quam per Rotam & Curiam magis recepta est opinio, ut usura in debite, quamvis voluntarie soluta impotentur ipso jure, non autem repetantur per viam repetitionis indebiti, consistit in eo quod censetur debitorum, ita magis coacte quam voluntarie soluisse ob formidatam suffocationem ad restituendam fortem. Ac etiam quia ita censetur voluisse magis commode a debito fortis cum diminutis solutionibus se exonerare, ut plene decisi. 69. par. 9. rec. quae reputatur in Curia magistralis, cum aliis in d. Savonen. disc. 17. & aliis hoc sit. Sed haec non videbantur ad rem congrue applicabilia, quoniam stante communi opinione, ac usu saltem de facto, quod isti contractus in Regno subsistunt, ita non videbatur dici posse debitorem habuisse hunc animum, dum contrariae opinionis Curiae ignatus erat, atque ob irreperibilitatem fortis in casu habere non poterat dictum timorem suffocationis; Verum quoniamvis haec aliquam probabilitatem habere viderentur, adhuc tamen probabilius videretur immorari in dicto rigore ad extripandam radicem dicti abusus.

ADNOT. AD DISC. XVII.

Post scripta in hoc disc. prodit in causa decisio moderatiora rigoris a me quoque improbat super usuris solutis minori, quae habentur impressa dec. 528. p. 14. rec. Et de usuris papillaribus conventis per tutorem cum debitore pupilli infra, disc. 41.

LUCANA.

Responsum pro veritate suppressis nominibus.

An & quando pretium de usure conventa pendente solutione pretii rei fructifera, possint excedere ipsius rei fructus. Et quid ubi de tempore conventionis adequarent, sed postea accidentaliter ipsius rei fructus diminuti sunt.

SUMMARIUM.

- 1 Falsi series.
- 2 Ex quibus pendat resolutio controversa.
- 3 De conveniende excedente rei fructus ab usu usura.
- 4 Reprobatur opinio Baldi, ut usura pretii excedere possint fructus ipsius rei vendita.
- 5 De opinione quod neque ad ratam fructuum rei vendita in casu expressa dilationis accessiones debeantur.
- 6 De subsistenda taxa conventionali, & an illa possit excedere taxam legalem quingue pro centenario.
- 7 Quid ubi pretium convertitur in contractum census, seu annui redditus.
- 8 Possit pacifice de interesse lucri cessantis, vel damni emergentis etiam ultra metam fructuum ipsius rei.
- 9 Fructus datus possunt esse majores, vel minores taxa statutaria, si pluri, vel minus interest remissivo.
- 10 Quomodo intelligenda & practica sit conclusio, de qua n. 3.
- 11 Industria & negotiationes sunt periculosa, & habent lucrum incertum.
- 12 Tuores, vel administratores non possunt pecunias pupillarum negotiaribus expandere.
- 13 Si conventio fructuum pretii de tempore contractus sit iusta & proportionata fructibus rei, quid dicendum si fructus rei minuantur.

DISC. XVII.

Acta venditione domus de anno 1641. pro scutis 1600. sub conventionem solutionis annuae praestationis ad rationem sex pro centenario pendente solutione pretii, cum de anno 1648. ob quandam insolitam mortalitatem, quo populi notabilem diminutionem causavit, pensiones domorum essent factae diminutae, adhuc tamen emptor plurimum annorum spatio continuasset in spontanea dicta praestationis solutione; Hinc praetendere deinde cepit, imputari debere in fortem totum id quod in excessu singuli annis solutum fuerat, atque de super suppressis nominibus, & sic incertus, an ex parte creditoris, vel debitoris, pro veritate consulens.

Respondi quoniamvis decisionem nimium pendere ab eo, an Bulla Pii V. super forma ereandi census, in loco ubi recepta sit necne circa formam pecuniae numeratae; Sive an circa interesse lucri cessantis, vel damni emergentis procederet

cum rigorosis Curiae Romanae opinionibus circa necessitatem probandi specialiter requisita lucri cessantis postea per Caltrem in l. 3. ff. de eo quod certo loco, vel potius illatantum notoria habeantur pro probatis, juxta Regniculorum, ac aliquorum Hispanorum opinionem; Cumque de his esse incertus. Idcirco tradendam sententiam theoreticam generalem in respectu tempore contractus, & subsequentem accidentalem ad effectum ut juxta opinionem, cum quibus in loco viveretur, congrua applicatio fieri posset, agendo deinde de tempore accidentali ut infra.

Dicebam igitur pro clara, & distincta hujus materiae notitia, tollendisque illis aquivocis, cum quibus procedere solent aliqui insimul cominiscentes doctrinas, quod diversos casus percurretur, ac propterea se involventes, ut praefertim facere videtur Carleval. infra allegandus; Observandum est, se quod hujusmodi conventiones super certa annua praestatione per emptorem venditori solvenda loco pretii, juxta quatuor species in conventionem deduci solent, vel possunt; Quarum prima est, a casu tamen quaestiones extraneas, ubi nullo convento certo pretio, nullaque accedente conventionis redemptionis ad certam rationem, unde pretii in forte certitudo resulat, quis concedat alteri rem fructiferam sub annua praestatione excedere ipsius rei fructus; Et tunc non intrant termini emptoris, & venditoris, in qua unum ex tribus substantialibus requisitis est pretium certum. Sed potius dicitur contractus censuali in censu reservatio, five livellarius, aut perpetuus locationis, quo casu non intrat materia usurarum, dum nullum intercedit mutuum verum, vel interpretativum, sine quo usura non datur, sed folium intrant termini lesionis, seu injustitiae reducendae ad justitiam, juxta ea quae bene in hac materia discussit doctus Leotar. de usuris qu. 41. quod ita obiter ad casus distinguendos inquirebam, non examinando veritatem, ut potest extra casum conventionis cadentis solum in contractu emptoris, & venditoris sub certo pretio, cuius solutionis dilatio data fit, cum ita ipse dicitur mutuum interpretativum, sine quo ut supra non datur.

Secunda contrahendi species est, ubi agitur de emptione, & venditione pro certo pretio, cuius solutione pendente, simpliciter convenitur de usuris, vel accessionibus alio non expresso; Et tunc quomvis Bald. in leg. 2. m. 3. Cod. de usuris credat, etiam pro re sterilis, seu minorem fructum reddente majores accessiones pendente solutione pretii in stipulationem deduci posse, quia non dicuntur deberi propter fructus, sed propter emptoris perfidiam in non solvendo promissa, & sequuntur alii relati per Sperell. dec. 118. m. 67. At tamen haec opinio in illo simplici casu, ut potest omni fundam. super hoc videtur magis communitate rejecta etiam in sensu Decii, Ruini, Panii, Covart. & aliorum, de quibus infra in tertia & quarta contrahendi specie, ut ceteris relatis Leotar. de usuris, quast. 27. num. 35. & seq. Carleval. de iudicis, tom. 2. disp. 8. sec. 5. fol. 199. & seq. (ubi tamen non distinguendo species conventionum nimium se involvit) Sperell. dicta dec. 118. num. 68. cum seq. atque haec opinionem constant & perpetuo tenent Rota, praefertim dec. 453. part. 4. rec. tom. 2. ubi in specie examinatur, & rejicitur dicta doctrina Baldi, & satis frequenter in aliis; praefertim in Baren. censu 10. Junii 1667. coram Voospio, de qua disc. praecedenti, ut scilicet ex pretio rei sterilis nulla accessiones conventi, vel exigi possunt, pro illo vero rei fructifera non nisi ad rationem fructuum, quos ipsa res producit, potius ex aequitate textus in l. curabit, & C. de action. empti, quam ex partium conventionem, quoniam alias esset percipere accessiones ex pecunia de sui natura sterilis ratione dilations & temporis, tanquam ex mutuo interpretativo, & haberet in Romano, seu Massan. pretii minorum, sub tit. de Reg. disc. 81.

Ad hoc strictè isto casu proceditur, quod aliqui Morales in hac materia nimium rigorosi censores, ex dicta ratione mutui interpretativi admixti cum dilatazione conventionali, crediderunt, quod in casu expressae dilations, quoties rei dominium perfectè in emptorem translatur esset, nihil debeatur, etiam ad mensuram fructuum, stante quo venditor, & respective creditor non subjacet ipsius rei periculo, quod est dominii sequela connexa cum altera sequela fructuum, & respectiva ex parte sine altera danda non fit. Et consequenter quod nisi contractus mutui interpretativi producentis accessiones ratione dilations, unde credunt procedendum esse per viam locationis & conductionis durante solutione pretii, cum tunc rei periculum sit venditoris, seu creditoris; Sed quidquid sit de ista opinione in foro interno, de quo juxta saepius protestata, forentium patere non

non sunt agendi: in foro tamen externo ceptum, ac hoc de omnino absolutum, est hujusmodi conventiones licitas & validas esse, quoniam tales accessiones non dicuntur lucratae tanquam fructus pecuniae, sed potius recompenfativa illius damni, quod venditor patitur in amissione fructuum, quos alias ex re propria perciperet, ut bene discutit Leotar. disc. 9. 27. Sperell. dicta dec. 118. num. 2. cum seq. ubi late diffundit in hac materia l. curabit, & dec. 119. ubi si licet formiter, ac patet ex tot decisionibus & auctoritatibus deductis in aliis discussis hoc titulo ad istam materiam l. curabit.

Unde propterea quaestiones isto casu solant esse magis facti quam juris, super probatione scilicet quantitas fructuum, quos ipsa res producere potuisset, atque de sui natura esset apta & nata producere, ad effectum inspiciendi, ac taxa conventionalis esse eis proportionata necne. Licet enim Rota & Curia passim sequantur in materia taxationis fructuum vulgarem gloss. in aurb. perpetua, C. de sac. Eccl. super quantitate aequante fortem spatio 20. annorum. Et sic ad rationem quing. pro centenario, ut in his specialibus terminis advertitur in dicta Baren. censu 16. Junii 1667. coram Voospio cum aliis per Sperell. dicta dec. 118. num. 59. & seq. Nihilominus omnino verius est, istam dictam taxam legalem & praesumptivam attendendam solum in dubio, & ubi nulla partium conventio accedit, contraria tamen probatione elidibilem. Secus autem taxa conventionalis accedente, quoniam licet ista quoque ex contraria probatione de injuria, vel excessu convinci possit, nihilominus non probato contrario, praesumptio est pro justitia conventionis, ut de taxa conventionali pro pretio domus venditae ad rationem 6. pro centenario etiam in Urbe habetur in Romana multiplici 18. Martii 1654. coram Melio. Et de majori taxa ad rationem septem habetur in Baren. Salvatium 10. Jun. 1652. & 24. Martii 1653. coram Biebio, & advertitur infra in Neapolitana disc. 21. ex duplici ratione ibi ponderata; Una quod non implicet rem majorem fructuumque quam ad dictam taxam legalem producere possit, ideoque stante possibilitate, praesumptio assistit conventio in exclusionem lesionis, & injustitiae; Et altera, quia cum dari possit circumventio intra dimidium justis pretii, possunt stare simul, quod attento vero, & intrinseco valore, fructus non excedat dictam taxam, & tamen quod sint longe majores habitae proportionate ad diminutum pretium in contractum deductum, quoniam si res juxta proprium & intrinsecum valorem (exempli gratia) valet mille, & consequenter ejus fructus juxta dictam legalem praesumptionem importat 50. si venditor pro 600., vel 700. ita dictus fructus importat 50. repartitus, super hoc pretio importabit 7., vel 3. pro centenario; Ac etiam, quia ista major, ac excessiva fructuum taxa fieri potest correpective ad diminutionem pretii in forte, & tanquam illius pars, unde propterea sine extirpatione probationis hujusmodi conventiones non videntur de excessu dargenda, ut d. disc. 21.

Tertia contrahendi species est, ubi pretium non remanet in simplicibus terminis pretii, cuius solutione pendente accessiones debeantur ex eodem contractu emptoris, sed expresse convertitur in alium contractum census consignati-vi, quem Hispani appellant annorum redditum, atque Hispanos (ut in omnibus) imitando, ita quoque nunc appellant Neapolitani, & hic est proprie caussa, de quo agunt Covart. lib. 3. variar. cap. 4. m. 6. Mantica. de tacti. lib. 4. tit. 24. n. 27. & ceteri, cum quibus pertranscunt Galeot. lib. 1. c. contr. 61. m. 48. cum seq. & Merlin. lib. 2. contr. 50. m. 23. & seq. cum seq. sicutantes hunc redditum non subjaceat proportioni fructuum juxta terminos textus in dicta l. curabit, quia in effectu non sunt fructus, vel accessiones pretii rei venditae, sed sunt fructus novi & diversi contractus censuales, quos juxta Bullam Nicolai V. prohibitum non est convenire usque ad decem pro centenario. Et isto casu, retenta opinione, cum qua procedunt Regniculae faculares, ac etiam Hispani, quod Bulla Pii V. super forma ereandi census in pecunia numerata non fit us recepta, atque procedendum cum suis terminis juris communi, vel antiquarum Constitutionum Apostolicarum, dictoque praesupposito retentio, bene loquantur, secus autem auctores d. Bulla, ut in Baren. disc. praeced. Ideoque insinuavi, quod quatenus per hanc contrahendi speciem processum esset, controversae de decisio pendere d. puncto, an d. Bulla Pii in loco esset us recepta necne, ut ubi non est recepta, conventio subsistat, secus è contra.

Quarta demum contrahendi species est, ubi dominus & possessor rei sterilis, vel parum fructifera, ad majorem utili-

tatem reportandam ex pretio investiendo in occasiones fructiferas, seu in id, quod magis expedire credat, ipsam rem vendit, sed pretium incontinenti obtinetur non potest in destinatum investimentum erogandum. Et tunc licet absque dubio conveniri potest de eo quod interest, quoniam ipsius rei fructus longe excedat, quoniam tunc non dicitur stipulatio super fructibus recompenfativa ad normam textus in l. curabit, sed super damnis & interesse, de quibus, verè concurrentibus, etiam mutatur pecunia & in puro, ac expresso mutuo stipulari potest, ut bene istos casus, seu terminos distinguendo advertunt Dec. in cap. venerabilis numer. 14. de except. Ruin. cons. 73. numer. 4. & 6. lib. 2. Paris. cons. 60. num. 28. & seq. lib. 1. de Marin. resol. 20. num. 3. lib. 2. Galeot. dicta contr. 61. numer. 22. & seq. & numer. 47. Merlin. dicta contr. 50. lib. 2. numer. 21. & seq. Strabam. de interesse, lib. 2. tit. 9. numer. 122. cum seq. Leotar. dicta quast. 27. numer. 22. & 61. cum seq. Et in specie cujusdam controversae ejusdem Civitatis Lucensis firmat Dec. cons. 111. numer. 14. & per tot. ut scilicet etiam pro pretio mercium, ac rerum de sui natura fructuum licet per mercatorum & negotiarum solutum pacifice de certo interesse etiam ad rationem 12. pro centenario, si consistat tanti interesse, quod deducit occasione disputandi quaestione, an liceat vendere merces ceteri propter dilationem ad solvendum pretium, atque ut vulgo dicimus, ad creditum, & habemus in omni materia, praefertim dotali, ut in sua fide, sub tit. de dote, quod licet ad statutum, vel consuetudinem taxans fructus dotei constanter matrimonio debitos ad terminos text. in cap. salubriter de usuris, a tamen si extrinsecus constat viri ob retardatam solutionem plus interesse, illud debetur, atque in conventionem deduci potest. Et è contra, si constat interesse minus tunc, taxa statutaria minuitur; Ut c. g. in Urbe usurae dotales taxatae sunt per statutum ad septem cum dimidio pro centenario, sed si constituitur dos in specie, puta stabilius, vel locis montium, vel etiam in quantitate, quae ex conventionis licet in stabilia, vel loca montium investienda sit, tunc retardata consignatione, vel solutione, aliud praetendit non potest, nisi id quod interest sequutum esse, & sic ad ratam fructuum ad speciem, vel investimenti, cum interesse dicitur factio suppletiva veritatis, quam excedere non potest, nec debet.

Aequivocum autem plurimum in ista conclusione, seu principio ita generaliter & abstracte verissimum, consistit in applicatione, an scilicet postalicia conventione, requiratur necne specialis extinctio justificatio, quod revera tanti interesse, vel potius sufficiat sola partium conventio. Atque in hoc discrepant Regniculae & ceteri ab opinione Rotae, & Curiae Romanae, quae omnino verior videtur, discrete tamen, non autem ad litteram practicae. Quoniam, ut alias insinuatum est hoc eodem titulo, si sola partium conventio, ac respectu assertio sufficeret, actum esset de usura neque foret casus, in quo illa verificabilis esset, cum suffocati debitorum, magis inviti quam volentes, pacifice, ac facti solent totum id, quod depravatis feneratoribus ad coonestandas usuras videatur, & placet.

Ideoque deducendo rem ad praxim; Aut agitur de interesse damni emergentis, quia nempe habens quis rem sterilem, vel parum fructiferam, intendat ex ejus pretio extinguere census, vel alia debita usuraria, quibus subjacet, & tunc omnino planum est hoc interesse per emptorem absque alia justificatione deberi juxta casum, de quo in Senen. disc. seq. & in Astina disc. 20. quoniam ut habetur supra in alia Astina disc. 14. etiam juxta magis rigorosam opinionem Rotae & Curiae, sufficienter existit ipsius damni, & declaratio animi creditoris convertendi pecuniam debitam in hujus damni reparationem, ac debiti usurarii extinctionem, cum sola dubitatio eadem, ubi non concurrat animi declaratio.

Aut agitur de altero interesse lucri cessantis. Et tunc si pretium destinatum est in occasiones fructiferas certas, quae omnino certum & determinatum fructum habeant, ut sunt loca montium, & quorum occasio semper prompta & notoria est, cum solo spatio ad summam aliquorum dierum pro parandis diligentiis, & pariter planum videtur conventioni absque alia justificatione deferendum esse; Aut in alias occasiones, quarum fructus in substantia sit certus, sed incerta sit quantitas, ut est in bonis stabilibus, vel censibus, quorum occasio non ita prompta & certa reputatur. Et tunc licet pragmatici in Curia desiderare videantur probationem specialem certae & promptae occasiois, ita ad litteram & iudicè intelligendo traditionem Caltrem. in l. 3. ff. de eo quod certo loco. Nihilominus verius foret credidi, ac etiam

apud doctos & sentatos iudices admitti practicavi, inspicendum esse, an partium taxa esset verisimilis necne, juxta illas occasiones fructus moderati, quae deficere non solent. Tunc enim leguleicam simplicitatem credidi illam opinandum, ad hunc effectum necessarium esse illam cautelam, quae frequentius adhiberi solet, habendi attestatorem proxenetae, quod prompta ad esset occasio, quoniam ita esset deducendum ad formalitates, dum simplex attestatio proxenetae, quae ad complacentiam requirentis, vel pro mercede unius julli fieret, reddere licitas illas usuras, quae alias essent illicitae, adeoque subsistentia verisimilis voluntatis magis attendenda esset, potius ubi non agitur ad effectum interesse, quod de jure creditor à moroso debitore absque alia conventionem assequi velit, sed ad justificandum taxam conventionalem.

Aut demum venditor se non restringit ad hujusmodi investimenta, quae forte in animo non habeat, sed sub generalia sectione fieri solita, quod non est solitus tenere pecunias otiosas, quodque intendat istas transactis & negotiationibus exponere, conveniat de interesse lucri cessantis, & tunc omnino verior videtur opinio, quam tenet Curia, ut requiratur extrinseca specialis justificatio juxta *decis. 118. Uboldi*, & sapius in aliis *hoc eodem tit.* Et è converso damnanda est opinio aliquorum Regnicolarum & aliquorum, quoniam ut bene etiam advertit unus ex ipsismet Regnicolis, vel Hinc Carleval. *de jud. tom. 2. disp. 8. sect. 6. num. 103.* industriae & negotiationes non semper sunt lucrosae, neque lucrum est certum, cum frequenter damnum, atque ipsius sortis principialis iacturam, vel diminutionem causare soleant; Et ex quatione in iure dispositum habemus, tutoribus, vel aliis legalibus administratores interdicitur esse pecunias pupillares hujusmodi negotiationibus exponere ex plene deductis per Magon. *decis. Florentin. 1. Sperell. decis. 90. Hodiern. contrav. 22. & passim*; Ideoque non videtur quomodo unquam ista conventio certi & determinati lucri in summa certa, & uniformi, citra usuram absque alia justificatione subsistere possit, nisi quando congrue daretur compensatio trium contractuum, & illius duplicis assecurationis sortis, & fructuum, de qua in *Firmana, disp. 1.* quod tamen, ut ibi advertitur, nimium difficile est, ut ad praxim deduci valeat.

Hac discurrebam in genere, attento tempore conventionis, ac rebus in eo statu permanentibus; Pro successivo autem tempore accidentali, in quo ipsius rei fructus, ita notabiliter diminuti erant, non ad breve tempus, sed cum longo tractu successivo, ponderabam quod quidquid esset in casu prima forma contrahendi ut supra per viam livelli, vel censuasionis, quod non respicit materiam usurariam, sed potius illam injustitiam & lesionis, & de quo in sua sede *sua de employtenf*; Quoties adest certum pretium, cuius dilati ratione interesse potest ut supra mutuum verum, vel interpretativum, adhuc procedendum est cum eadem distinctione dictarum quatuor specierum, seu formularum contrahendi; Si enim esset juxta secundam speciem supra exemplificatam, permanendi scilicet in simplicibus terminis emptionis, & venditionis, & successivo in terminis *textus in d. l. curabit*, tunc quia isti fructus recompenfativi dicuntur imago, vel ficta suppletio veritatis, excedere non possunt id quod ipsius rei fructus veri important ut supra; Aut juxta tertiam speciem, per viam scilicet transfusionis pretii in diversum contractum censualem, & tunc postquam contractus esset validus, quia nempe Bulla Pii V. non fit in usu, vel quia cum speciali Apostolica dispensatione per Breve concedi solita, creatus esset census absque tali forma, tunc ipsa res vendita solum consistit ex pro fundo censito, diminutio fructuum proportionabiliter editi damno creditoris, cum census subsistere non valeat, nisi ad limites capacitatis fundi, ut in sua materia *sub tit. de censibus*, ubi praefertim id advertitur in eadem Barea. de qua *disc. praeced.* focus autem si cautus venditor curaverit censum constitui super aliis fundis magis capacibus, quorum capacitas adhuc daret; Aut demum processum est juxta quartam speciem stipulationis damnorum, & interesse ratione lucri cessantis, vel damni emergentis ob impedimentum ex facto & mora emptoris illud investimentum, in quod pretium destinatum erat, & tunc casus diminutionis rei venditae cedere debet damno emptoris, tanquam domini, neque ulla videtur subesse ratio, cur venditor de illo participare debeat, dum è converso ex crescentibus ipsius rei venditae fructibus, de illis venditor participationem praetendere non potest, sive neque cogere emptorem ad suppleendam illam diminutionem, quae casualiter restitaret ex diminutione fructuum investimenti, ad quod dictum

pretium erat destinatum, & hanc dicebam mihi videri veritatem.

Quatenus vero processum esset juxta dictam secundam speciem ad limites regulae restitantis ex *l. curabit*, unde propter usuram excedere non possint ipsius rei fructus, quae ex crescentibus tanquam indebiti imputandi veniant in sortem, tunc remaneret etiam indubitata, de qua *disc. praeced.* an scilicet ignorantia facti, vel juris dubii excusetur à dicta imputatione, atque excludat malam fidem positivam, quam sufficit abesse ad inducendam excusationem à fructibus perceptis, & consumptis, quavis non fuis, ut ibi.

S U M M A R I U M.

- 1 De eadem materia fructuum recompenfativorum pro pretio rei venditae.
- 2 In specie de taxa fructuum recompenfativorum feudorum, & honorum iurisdictionalium.
- 3 An debeantur isti fructus pro pecunia data ad construendum opus fructiferum.

ADNOT. AD DISC. XVIII. cum seqq. usque ad DISC. XXIX.

In his discursibus agitur de fructibus recompenfatis pro pretio rei fructiferae, de quibus etiam *disc. cum duobus seq.* atque de eisdem agitur etiam quandoque in sua sede *sub tit. de empt. & vend.* In hoc tamen puncto praefertim contingit id, quod supra initio insinuatum est de imperceptibili discrepantia opinionum inter Curias, & Tribunalia utriusque fori Ecclesiastici, & laicalis, ac etiam inter illa ejusdem fori Ecclesiastici, & laicalis respective pro diversitate regionum, & principatum, quinimo etiam inter Scriptores, & professores fori spiritualis, an hoc interesse pretii possit excedere fructus ipsius rei, de quo etiam *disc. 31. de feud.* ubi de casu notabili, ut ita fit melior conditio deficientis à fide.

Atque praefertim in casu de *disc. 27.* in ulterioribus disputationibus habitis in Rota coram Rondinino *sub diebus 12. Junii 1671. 11. Januarii, & 22. Junii 1672.* prodierunt circa fructus resolutionis juxta meas rationes dubitandi ex autoritate Rovir. & aliorum, de quibus *disc. 24. de feud. n. 6.* jam edito, qui per Scribentes in contrarium allegabatur, ac etiam allegatur in decisionibus praefertim in prima.

Et ad eandem materiam conferunt deducta infra, *disc. 37.* an debeantur isti fructus pro pecunia, qua datur ad construendum praedium, vel aedificium fructiferum.

SENEN. SEU FLORENTINA
PRO MONTE PIO FLORENTINAE,
CUM HAEREDIBUS PANDULPHI PETRUCCI.

Responsum in casu resolutio pro Monte.

An interesse per emptorem debitum ratione pretii non soluti excedere possit ipsius rei venditae fructus; Et quid ubi emptor non est in mora.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
- 2 In altera utriusque ad electionem creditoris, non facta electione debitor dici non potest in mora.
- 3 Si debitor suscipit in se onus cambianum intra certum tempus, an eo lapsa teneatur, n. 6.
- 4 Quare debeantur fructus recompenfativi ex pretio rei fructiferae, etiam sine mora.
- 5 Debenur etiam si emptor culpa venditoris si impeditus solvere.
- 6 De eadem conclusionem, de qua n. 3.
- 7 Observantia dicitur interpretari eorum contractuum & voluntatis contrahentium.
- 8 Fructus pretii ratione damnorum & interesse excedere possunt fructus ipsius rei.
- 9 Etiam in mutuo pacisci potest de interesse, quod debetur.
- 10 Potest debitor etiam teneri ad interesse alterius interesse in ratione multiplici.

D I S C. XIX.

Equita inter Federicum, & Pandulphum de Perrucis de anno 1616. permutationem aliquorum bonorum stabilium, cum Pandulphus pro adquisitione restituere deberet Federico in pecunia scutos 450. quos ille destinaverat in extinctionem ariensis fructiferae, quod habebat cum Monte Pio Florentia ad rationem seu, quinque, & quatuor ex quinque partibus alterius scutis pro quolibet centenario & anno, cum conversione etiam fructuum decursum in sorte singulis 18. mensibus, convenum est, ut Pandulphus pendente dicti pretii solutione, pro qua data erat dilatio biennii, solvere deberet dicto Monti praefatum interesse, & post biennium sortem, velemo Monti quatenus talem summam ei deberi competierat, vel ipsi Federico praefanti idoneam cautionem evictionis, vel hujus loco ad effectum investendi in bona stabilia; Deinde vero de anno 1620. inter eisdem partes initus fuit alter contractus emptionis & venditionis aliorum bonorum pro scutis 1300. solvendis dicto monti cum dictis sortis accessionibus pendente solutione praefandis per Pandulphum emptorem, qui donec vivit, etque defuncto haeredes à dicto tempore usque ad annum 1664. non soluta utraque sorte, accessiones praedictas dicto monti solverunt; Ab inde vero praetendere ceperunt non teneri pro dicta prima parita scut. 450. quinimo ab ea in sorte, ac etiam à parte alterius sortis liberatos esse ob indebitam solutionem dictarum accessionum, cum quibus fors extincta fuisset.

Eorum fundamentum consistebat in deficiente mora post completum dictum biennium, ad quod dicta conventio restricta erat, quasi quod ex tunc cessata conventio intraret solum dispositio juris, quatenus debitor dici non poterat morosus, dum obligatio solvendi sortem alternativè concepta erat, vel scilicet in extinctionem dicti debiti in toto, vel in parte, quatenus subsisteret, cujus contrarium ipse venditor putare auserat, vel ad effectum solvendi ipsimet venditor cum cautione, vel ad effectum investendi in stabilia, unde propterea cum creditor elapso dicto biennio non declarasset modum, juxta quem dicta solutio facienda erat, emptor dici non poterat in mora, ex regula, quod in alternativa quorum electio in loco, tempore, vel modo, est creditoris, electio non facta, debitor dici non potest morosus. Alex. *conf. 45. n. 4. lib. 5.* Fab. de Ann. *conf. 95. nu. 2. & seqq.* Mantica *dec. 171. n. 5.* Rot. *dec. 577. p. 2. rec. n. 1.*

Atque ad probandum, quod conventio non progrediretur ultra biennium, scribentes pro eisdem haeredibus fundamentum constituiebant in Rota decisionibus editis in Romana cambii 8. Aprilis, & 4. Decembris 1658. coram Cerro, in quibus firmatur, quod initio contractus cambii ad triennium, in quo debitor suscepit in se onus cambianum, ob eum oneris non implementum debentur cambia etiam sine spatio, seu literis, si non tanquam cambia, tanquam damna & interesse, ob non factum, sive ob non adimpletum cambianum mandatum ab ipso debitore susceptum, juxta firmata *decis. 7. post Salgad. in labyrinth.* & frequenter, ut in sua materia *sub tit. de cambiis*, id procedat dicto triennio durante, quo elapso, tanquam ex cessante obligatione per debitorem suscepta, nulli fructus, seu cambia debeantur, ob non sequentem transfusionem literarum, seu spatiorum.

His tamen non obstantibus, requisitis ex parte Administratorum montis ad scribendum causa pendente eorum Magistratu in Civitate Senatum in causis ejusdem montis particulariter delegato, contrarium dicebam probabilius, etiam cum sensu veritatis, qualem habuit quoque iudex, qui pro hac parte pronuntiavit, Atque distinguendo questionem in duas in speciationes, Unam quoad dictas accessiones, seu usuras ad ratam, seu proportionem fructuum ex ipsis bonis per emptorem, seu permutantem perceptorum, Et alteram circa eorum excessum.

Quatenus pertinet ad primam, dicebam proffus improbabilem, maleque fundatam esse debitorem praetensionem, quoniam fructus recompenfativi, qui juxta aequitatem, seu terminos *textus in l. curabit, Cad. de action. empt.* debentur per emptorem venditori durante solutione pretii ad limites, fructus ejusdem rei, non proveniunt à mora, neque illam exigunt, sed prodeuntur ex aequitate, ne quis eodem tempore habeat rem & pretium, unde propterea venditor non dicitur eos percipere tanquam lucrosas accessiones, sed tanquam restitutionem illorum fructuum, quos alias ex se sua fuisset percepturus; Et ex qua ratione resultat, quod ubi etiam ex parte debitoris nulla intercedit mora, vel culpa in non solvendo, sed potius id provenit ex culpa, & facto ip-

sius venditoris non adimpletis ex parte sua id quod prius adimplere tenebatur, pura non praestando seditiosorem, vel alia promissa non adimplendo, adhuc tamen hujusmodi fructus debeantur, ut ceteris allegatis habetur apud Gregor. *dec. 297. num. 2. ubi adden. num. 12. Leotar. de usuris, quali. 27. n. 20. cum seqq. & nu. 29. & 39.* cum aliis quae in fortioribus terminis habentur infra in *Revenantem, disc. 22. & in alia Senen. disc. 23.* et conclusio hodie in foro receptissima & plana.

Quare aliqua dubitandi ratio restringebatur ad excessum, circa quem, in primis advertebam ad fallaciam dicti fundamenti cessantis conventionis post elapsum biennium juxta dictas decisiones in Romana cambii coram Cerro, dum ab eis describente recessum fuerat sub die 24. Aprilis 1662. & 23. Februarii 1663. coram eodem; Et merito, quoniam terminus adjectus non erat gratia extinguenda, seu terminanda obligationis, sed proroganda restitutionis sortis, & tanquam dilatio in gratiam ipsius debitoris, nec interim morosus dici posset, atque de debiti solutionem urget, unde propterea potius ex lapsu termini resultare dicitur mora incurfus, atque ex tunc & non antea efficitur debitor morosus, Proffus autem improbabile est, quod pro tempore dilationis, in quo debitor in nulla est culpa, vel mora subiacere debeat usuris, vel interusuris, ab eis vero esse debeat immanis pro tempore, quo est in culpa & mora, dum ita esset reportare lucrum, & commodum ex delicto, urlatius in eadem causa in sua materia *sub tit. de camb. disc. 9.* Omnem difficultatem in proposito removere subsequuta observantia, in proposito etiam ponderata in d. Romana cambii, quod scilicet emptor elapso etiam biennio agnovit se dictarum accessionum debitorem, cum observantia dicitur de iure optima interpretari, nedum legum & statutorum, vel testamento, sed etiam contractuum & voluntatis partium, ut *decis. 223. numer. 13. part. 11. rec. decis. 199. num. 12. & 13. part. 10. & passim.*

Postea igitur, quod dicta conventio tractum successivum haberet, dicebam, quod licet regula sit, juxta probabiliorum opinionem, quod hujusmodi usurae, seu accessiones pretii excedere non possunt ipsius rei venditae fructus ex deductis in *Lucana, disc. praeced.* & frequenter in aliis, Aramper ut in eadem *Lucana* habetur, ac etiam post hac disputata magis distincte examinatum in *Alina disc. seqq.* secus dicendum est quando debitor non remanet in terminis simplicis pretii productivi accessionum ex sola aequitate *disc. legis curabit*, sed vel legitime transfunditur in alium contractum majorum fructuum, seu accessionum productivum, vel inerat ratio interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, non ex sola partium conventionem & assercione, sed extrinsecus justificati; Si enim de tali interesse convenit potest etiam pro credito mere pecuniario inter mutuantem, & mutuatium ex deductis per *Cyciac. controvers. 378. numer. 16. cum seqq. & contr. 526. n. 24. cum seqq. Leotar. q. 72. num. 5. & 6.* & frequenter in aliis *hoc eod. tit.* Multo magis in isto casu, à quo magis abesse usura, quia non intervenit mutuum verum, sed potius fictum & interpretativum. Et in fortioribus terminis obligationis emptoris, nedum ad ipsos fructus percipiendos ex effectibus, in quos pretium investendum erat, sed etiam ad longe gravius interesse fructuum, ad formam multiplici, cujus onus ipse susceperat, firmatum fuit in Romana *multiplici coram Remboldo & Uboldo, dec. 85. & 668. par. 4. rec. tom. 2. & 3.* & latius in eadem 18. Martii 1654. coram Melcio, quia non dicitur interesse alterius interesse ob non datum, & tanquam à debitore, sed ob non factum, tanquam à procuratore, seu mandatario ob non impletum susceptum mandatum, unde iusta via fuit determinatio.

ESINA FRUCTUUM
P R O
FRANCISCO MASSUTIO
C O M
N. GUGLIELMO.

Causa disputata coram A.C. seu Praetate deputato, & resolutus pro Guglielmo.

De eodem puncto, An fructus debiti per emptorem pendente solutione pretii excedere possint, tanquam damna & interesse fructus ipsius rei, quia nempe conventum fuerit, ut ex pretio

extinguerentur census, vel alia debita usuraria venditoris ad maiorem rationem; Et quid ubi emptor iustam non solvendi causam habuit, ob litrem; vel molestias sibi illatas;

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Transactio extinguit priora iura, prioresque actiones.
3 Agi non potest ex prioribus iuribus, nisi prius tollatur de medio transactio per rem iudicatam, num. 5. ubi declaratur.
4 Emptor cui sit nota est non tenetur ad aliquid interesse lucri cessantis, vel damni emergentis pro pretio, nisi ad limites fructuum rei, & num. 10. ubi declaratur.
5 Declaratur conclusio, de qua nu. 3.
6 Latio dicitur enormissima, ubi est ultra bessem, & causas nullitas.
7 Non potest tamen dici nullitas incontinenti probata, & de ratione.
8 De ratione ob quam in transactioibus difficile verificatur latio propter animum.
9 Quando transactio officiat successores venientes independentes ex persona propria remissive.
10 Expeditur conclusio, de qua nu. 4. & contrarium verius probatur, cum arbitriis.
11 Ac etiam cum arbitribus.
12 Quando latio, vel molestia exsentem emptorem a cursu fructuum, seu damnorum, & interesse ultra ipsius rei fructus.
13 Accollans in se census reprimatur eorum debitor, ac si ipse impugnavit.
14 Quod importet an accollatio sequatur per viam delegationis necne.
15 Quod dicendum sit in conclusione, de qua nu. 4. & 10. quando latio & molestia moventur ab ipso venditore, vel eius herede.
16 Molestia qua dantur ab ipso contrahente non veniunt sub pacto, ut non tenentur liberare a molestiis.

D I S C. XX.

Venditit Antonius Fabrus praedium Guglielmo, qui in partem pretii in se accollavit quosdam census per venditorem debitos ad rationem 8. pro centenario, Cumque Caecilia de Sanctis Antonii uxor, eoque heres mediata ex persona Joannis Baldi filii, ex iuribus, vel propriis, vel dicti filii, litem excitavit contra emptorem super dicto praedio, post aliquod intervallum devenit ad concordiam, qua non obstante, eaque impugmata, eadem Caecilia, vel Franciscus Massurius ejus heres, in vim dictae accollationis pulsavit Guglielmum in iudicio executivo in vim obligationis cameraris coram A. C. seu Praelato deputato ad solutionem fructuum decursum dictorum censuum, sed prodiit sententia rei conventi absolutoria ab observatione iudicii, in cuius referenda limine, & quando iudex tam erat determinatus, requisitus sui per actorem ad scribendum, supplendo partes ejus soliti Advocati, qui ad aliud munus satis digne evocatus fuerat.

Duo autem erant rei conventi fundamenta per iudicem amplexa, Primo & principaliter transactio, qua tanquam species sententia, quinimo rei iudicata extinguit, seu vulnerat dicitur priores actiones & iura, ita ut non nisi ejus vigore agi, ac pro ejus executione agi valeat, cap. 1. de transact. l. non minore, & l. causam, C. eodem, Mant. de tact. lib. 26. tit. 7. n. 4. Durat. decif. 464. n. 7. unde de consequenti resultat, quod etiam in casu impugnationis, ad effectum ut ex prioribus iuribus agi valeat, illa prius tollenda est de medio per rem iudicatam, vel tres conformes, ut antiquioribus collectis habeatur apud Caval. dec. 150. n. 4. decif. 86. n. 9. p. 6. rec. Faventina primogenitura 21. Junii 1666. Bevisque qua Urbinate pecuniaria coram Verospio decif. 41. post Patell. n. 4. & frequenter.

Et secundo quod fructus pro tempore quo pretium fuit penes emptorem, cui lis in re empti mora est, excedere non possunt ipsius rei fructus, quibus non liquidatis, attendenda venit taxa legalis, non obstantia, quod pretium convertendum esset in extinctionem rei alieni majoris fructus, vel in acquisitionem censuum, seu aliorum effectum majoris red-

ditus, ex specialibus auctoritatibus Sperelli dec. 118. nu. 72. & Concioli alleg. 54. n. 30. & segg.

Quamvis autem ego pro actore succumbente scribens, quatenus pertinet ad primum fundamentum transactionis, more Advocati deducere conclusionem in abstracto veram, quod scilicet transactio dictum effectum vulneratum operatur, quando habet implicitum statum validitatis, unde oportere eam rescindere, secus autem, ubi est nulla ipso jure, quoniam non tenent nulle sunt partes, atque nullum & nihil equiparantur, ut admittitur in eadem Faventina primogenitura, & cum eodem sensu processum fuit in posterioribus decisionibus aditis in d. Urbinate. coram Verospio, revocatoriis precedentis superius allegatae apud eundem Patell. decif. 42. & 46. Et quam distinctionem receptam in simili habemus in materia vulnerationis obligationis Cameralis, seu litemuram Apostolicam, ut alterius processus executivi resultantis a sententia absolutoria; Nihilominus reflectendo ad veritatem, motum mihi videbatur solidum, & consequenter probabilis visa est sententia absolutoria, quoniam plures nullitates ex defectu solemnitatum deductae non videbantur substantiam habere.

Ille vero solidior, qua deducebatur ex lesione enormissima ultra bessem, quam in Curia, sequendo firmam apud Fontanel. dec. 64. cum seg. receptum est inducere nullitatem ratione doli praesumpti, qui in esse dicitur iuxta firmam in Romana transactio 15. Decemb. 1650. & 19. Aprilis 1660. & in sua materia, sub tit. de empt. & vend. dici non poterat clara & incontinenti probata, sed erat aliorum indaginis, atque exigebat eandem terminationem in iudicio ordinario per rem iudicatam, vel tres conformes super extrinsecis probationibus, ex quibus pendet inspectio, an adit latio enormissima necne; Et sic dubietas non est super puncto iuris, an illa postea resisteret nullitas cum plurius ejus consequeretur effectibus, sed est super ipso facto, ac firmandi qualitate istius lesionis, super qua eiusque justificatione requiritur declaratio iudicis, qui potest dispicere, possitne vera ubi non agitur de simplici contractu emptiois, & venditionis, vel permutationis, aut simili, sed de transactione, in qua licet iuxta opinionem in Rota & Curia hodie absolutam, inret terminum extum, in leg. 2. Cod. de rescind. vendit. & in cap. 2. & 3. de emptioe, & venditioe, Artaem non nimiam difficile, atque quodammodo moraliter impossibile videtur talem lesionem concludere, dum attendendus non est ipsius rei intrinsecus, & naturalis valor cum arithmetica proportione inter ipsum valorem, ac pretium, seu aliam aequivalentiam in contractu deductam, sed valor meriti debet ab estimatione dubii & incerti litis eventus, qua aestimatio videtur in possibilis, dum quodvis experitur, quod etiam post tres conformes Rotalis laes praevius multis decisionibus per tres instantas editis, ac etiam post eorum executionem in iudicio Signatura rescribendis cum clausula, sine prejudicio trium conformium, adhuc diversus est causa eventus, ut praefertim patet ex causa de qua in Bonon. fideicommissi de Pupilla sub tit. de fideicommissi, Atque frequenter retractari videbitur res iudicatae, etiam quae diuturnam observantiam habuerunt, revocando etiam antiquas decisiones coram Seraphino, Caval. & aliis. Ideoque non videtur quomodo dubius litis eventus ita aestimari valeat, quod desinat cadere post latio non missima, nisi ageretur de lite omnino calumniosa, vel collusiva, ita gerendo voluntariam prohibitionem alienationem sub palliato nomine transactionis & cum lite affectata, ut pluries in hac materia, ita distinguendo habetur sub tit. de fideicommissi, super art. 1. & quando transactio officiat successores ex propria persona venientes, de quo etiam habentur aliqua in terminis feudilibus in Cameracen. Castrorum sub tit. de fidei. decif. 49. & in materia emphyteutica in Bononien. de Pupilla sub tit. de emphyteusi, decif. 52. Et in specialibus terminis lesionis, cuius ratione transactio ab eodem transigente, vel ejus herede impugnaturi valeat, habetur in d. Romana transact. pro Honorato, sub tit. de empt. & venditioe.

Quo vero ad alterum fundamentum, quod fructus debiti per emptorem habentem primum in manibus, non obstantia acquisitionem pretii destinatione in extinctionem, vel respectu acquisitionem censuum, aliorumque effectum majoris redditus, excedere non possunt ipsius rei fructus si ob litem, vel alia causa excusatur a mora, duas constituit iam inspectioes. Unam generalem super veritate dictae propositionis in abstracto, ac super substantia dictarum doctrinarum, in quibus eo ipso quod sunt speciales, absque alia discussione hodieque stylus est immorandi, Et alteram specialem, seu in concreto, quid

quid scilicet in isto praecito casu dicendum esset, ob ejus particulares circumstantias.

Circa primam, cum sensu etiam veritatis, dicebam doctrinas praedictas nulla consideratione dignas esse, siquidem apud Sperell. non iste, sed alter articulus principaliter disputatus fuit, solumque nu. 72. incidenter cum regulis generalibus id enunciatur, unde liquet in hac parte obiter, ac indigeste, non gustato articulo Authorem loquutum esse; Idemque observabam dici posse de auctoritate docti quidem & elaborati mei amici Concioli, in cujus casu agitur de emptore excusando ab huiusmodi fructibus in genere. ob rem non traditam, atque ob illius casus particulares circumstantias, de quibus in aliis duabus subsequenter allegationibus, bene ipse fundat & tueri jura sui clientis, solumque num. 30. incidenter, & cum illis verbis, omisso quod opinio non est entia, refert Sylvan. conf. 10. Molinam & alios mutatos, ut ipse ingenue testatur, ex Leorat. qu. 71. numer. 13. sed hanc opinionem Sylvani & sequacium esse minus tutam, magisque probabilem esse illam Hondedei conf. 30. num. 23. & segg. & conf. 44. num. 9. & segg. lib. 1. bene probat cum auctoritatibus, ac rationibus doctissimi Leorat. cujus auctoritas in hac materia iustitiam magnitudo videtur, utpote per eum satis mature & accurate tractata dicta qual. 71. numer. 15. cum segg. art. 23. Porissime ubi, ut in praesenti, non agitur de interesse lucri cessantis, ita ut venditor contentus de lucro, sed de altero damni emergentis, in quo distinguendo inter lucrum, & damnum, idem Sperell. & Conciol. id admittunt.

Atque Hondedei & sequacium opinionem esse probabilioram, ut scilicet emptor non obstantibus molestiis & lita super re empti patris, interim teneatur ad hoc interestem, quamvis excedat ipsius rei fructus, fuit specialiter detectus per Rotam apud Martin. Andr. decif. 31. repetit. post Cenc. de cens. decif. 191. & cum qua proceditur apud Merlin. rom. 2. controv. 50. nu. 37. & sic attentis auctoritatibus, ista videtur opinio melius fundata.

Idemque dicendum esse ad veritatem attentis rationibus potius attendendis, quoniam si in simplicibus & vero mutuo pecuniario, in quo accessionum substantia generaliter est prohibita, adhuc tamen licite pacifice potest de interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, quoties istius justificatio aliis quam ex partium conventionibus & assertionem concurrat; Multo magis dicendum est in hac specie crediti, in qua accessionum substantia in genere est licita, solaque dubitatio cadit circa plus & minus, ut advertitur in alijs hoc eodem titulo, praefertim in Lucana, disc. 18.

Et quidem nimis asperum, ac irrationabile videtur, ut habens rem parum fructiferam, & ad solum oblectamentum, puta villam Tusulanam, vel conspicuum palatium, volens quodam sui melius consulere, privando se oblectamento, ac exstimatione ex huiusmodi bonis resultantibus, talem rem vendat, destinatae pretio in extinctionem censuum, vel alterius rei alieni, quo pretiarum, sive in acquisitionem bonorum, vel iurium fructiferorum, debeat ita elusus remanere per litem, quam emptor ita affectare possit, ut interim absque fructuum burfalia, habeat in manibus pretium, ac obtineat illum oblectamenti, ac exstimationis fructuum, qui ex huiusmodi bonis reportari dicitur, contra legem conventionis, ac propriae obligationis, a qua liberari poterat, deponendo pretium, non liberandum, nisi cum debitis cautelis, seu alias ejus indemnitate consulendo, bona tamen fide, ac citra conventionis violationem.

Tunc autem superventae lites & molestiae in proposito operativae videntur, quando ageretur de illo interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, quod ex dispositione juris resultaret ex sola ratione morae, pro qua tollenda sufficienti huiusmodi causae, seu exculationis, & quo casu, cessante mora, nullum debetur interesse, solumque intant isti fructus recompenfativi ad limites fructuum ipsius rei, tanquam illo loco subrogati ex equitate textus in l. curabit, Cod. de alioe. empri. Sed ubi accedit conventio, possitne vero per viam accollationis, quia nempe emptor in se accollaverit census, quibus venditor super ipsam re vendita, vel aliis penes premebatur, tunc contrarium omnino dicendum est, quoniam accollatio importare dicitur formalem novationem, sive transumptionem debiti de una specie in alteram, perinde ac si emptor directe ipsos census imposuisset, occultatis actibus solutionis, & nova impositionis respectiva, ex deductis per Cenc. de cens. qu. 73. num. 16. Merlin. decif. 543. numer. 1. Rot. decif. 135. numer. 23. part. 6. rec. Arconitana, census 3. Junii 1658. Verospio, & sequitur. Ideoque interim quod non sequatur evictio, neque resolutio contractu, cau-

sa reducatur ad non causam, emptor perseverat in rei dominio, & possessione, atque dicitur esse in statu debitoris censuarii, etiam in spe lucri, quod reportare possit, si fundus census interim chafnate perierit, & consequenter debet subjacere etiam damno fructuum; ex regula secundum naturam &c.

Et quamvis per scribentes in contrarium motivaretur, dictam rationem occultatae solutionis & conversionis debiti in causam omnino diversam intrare, & quando interveniret formalis delegatio, secus autem ista cessante, Nihilominus replicam istam considerationem recte procedere in ordine ad punctum liberationis ipsius emptoris a debitis accollatis in casu sequatur evictio, ut ejus obligatio tanquam causativa, cessante causa, resolvatur juxta conf. 327. Decii cum alijs per Rotam in Parmen. Alti coram Cocchio, decif. 428. num. 4. p. 1. rec. Bonon. cens. 4. Februarii 1654. Merito Amat. res. 01. nu. 1. quod in casu formalis delegationis in plurius sententia non intrat, ut ex Cucaccio, & alijs ex professo subliner Merlin. lib. 1. controv. 91. & de quo articulo habetur particulatim actum in Surinis sub tit. de emptioe & venditioe; Sed circumscripto isto effectu, donec emptor possidet, atque contractus perseverat in suo implicito statu, dicta distinctio nullius operationis videtur.

Difficultatem tamen in hoc facti specie mihi faciebat contra actorem illa circumstantia, quod non ageretur de lite mota per tertium, quam venditor dicere posset injustam, & quo casu urget dicta probabilis ratio, quod ipsemet emptor ista studioso lites & molestias affectare possit, sed ageretur de molestiis illatis ab ipsoem venditore, seu eo qui venditorem representabat, unde propter duplex ratio ipsemet emptor repugnet. Una quod non poterat ipsemet propriam turpitudinem allegando dicere, quod lis esset injusta & calumniosa; a qua in se suscipere ipse venditor em liberasset, Et sic emptor recte dicere potest creditum esse factio ipsius actoris causam censeri redactam ad non causam.

Et secundo ob regulam quod in quocumque actu semper excepta remanent illae molestiae, qua proveniunt ab eo, qui contractum servare tenetur, atque potius aliorum molestiis occurrere. Unde propter ea habemus, quod si quis vendat, vel cedat bona, vel jura, talia qualia, absque aliqua obligatione evictionis, vel liberationis a molestiis, adhuc tamen sub ista profectione non veniant molestiae, quae directe, vel indirecte ab ipso cedente, seu alijs contraheant proveniant ex deductis apud Merlin. decif. 874. repetit. post Zacc. de obi. camer. dec. 237. & consequenter deducta apud Celsum, dec. 78. nu. 5. & segg. atque istud motivum me tenebat dubium.

NEAPOLITANA PECUNIARIA PRO PASCHALE CARACCILO MARCHIONE MACCHIEGODENÆ

CUM HORATIO MANCINO. Casus disputatus in Signatura Justitiae, & resolutus pro Caracciolo.

De fructibus recompenfativi pro pretio rei fructiferae, An possint a principio conveniri & taxari ad certam summam, Et quando haec dicatur justa, vel excessiva.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Executio debiti iurati non retardatur per exceptionem usurae.
3 Latio est conventio super fructibus recompenfationis pro pretio rei fructiferae etiam ad certam summam.
4 Quoties accessiones, vel usurae debentur in genere, seu substantia, non prohibetur earum conventio ad certam taxam, & quando secus.
5 De differentia inter fructus recompenfativos, vel datales, & interesse lucri cessantis ex mutuo.
6 Ad quam rationem fructus recompenfativi conveniri possunt, & an ad maiorem, quam in orienti ipsius rei fructus.
7 In dubio praesumptio est pro taxa, & quando isti fructus debeantur juxta taxam legaleam.

- 8 De ratione, ob quam in conventionalibus non attenditur taxa legalis.
- 9 Casus in quibus fructus excedere possunt illos rei venditi.
- 10 Quare pendentes his disputationibus retardandus non est processus executivus pro solutione fructuum.

D I S C. XXI.

Vendit Caracellus quosdam bona Mancino, atque pendente solutione pretii, quae in arbitrium & facultatem emptoris collata fuit, conventum est de fructibus ad rationem octo pro centenario; Cuiusmodi in plurium annualitatum solutione morosus fuisse debitor, contra eum, vel per Curiam Archiepiscopalem, vel per Nuntiarum N. ap. in vim pacti exequuti relaxatum fuit mandatum, adversus quod & pro eius executione impedienda obtrata fuit a A. C. in iudicio vigore appellantis, pro cuius moderatione adita Signatura, accerta assumpta fuit disputatio, praetendens debitor ex plurium Doctorem sententia, huiusmodi fructuum conventiones ab initio ad certam uniformem taxam esse usurarias & prohibitas; Eratque ubi etiam licita esset, adhuc tamen dicenda esse nimium excessiva ad rationem octo pro centenario, cum bona stabilia praesentantur solum fructu ad rationem quinque, itur fructus spatio viginti annorum forem adaequante iuxta receptam gloss. in *auth. perpetua, C. de Sacros. Eccl.* unde propterea eius defensores interebant, illum excessum primum annorum spatio solum, impediendum esse in forem principalem, ita notabiliter extenuatam; & ex cuius extenuatione ira paulatim facta, resolutabat etiam cessatio fructuum currentium, qui salva sorte debent non possunt.

Pro creditore scribens circa initia assumptae professionis, infra regulam deducam *ex cap. debitorum, de iur. iur.* quod scilicet debiti iurati excurio retardari non possit per exceptionem usurae ex deductis per *Grass. de except. cap. 28. nu. 6. Seraphin. de priv. iur. an. cap. 116. n. 4. & sequent. Surd. conf. 327. nu. 15. & seqq.* quam tamen regulam nunquam videtur in Curia admittam & praeteream, nisi dato sumo boni iuris creditoris, vel saltem reducendo oppositum usurae exceptionem ad casum dubium, itur dici possit exceptio auctoris indignis, Vel ad summum ubi agitur de debito fortis, non autem de ipsis fructibus, qui usurarii praetenduntur.

Dicendam dictam exceptionem deducit ex abundantia, eum in specio etiam bono iure, iustitia creditorei assisteret; Quicquid enim aliqui dubita verint, omnino verior est opinio, recepta etiam in Curia Romana, quae ceteris omnibus Municipiis Tribunalibus in hac usuraria materia est rigorosior, licet tamen esse de huiusmodi fructibus pretii rei fructifera ab initio convenire, quamvis in facultate venditoris positum esset ipsorum pretium repetere; Facilius vero quando locus, quoniam in effectu tales fructus non dicuntur accessiones ob retardatam pecuniae solutionem, itur dici valeat commodum resultans ex mutuo vero, vel interpretativo, sed dicuntur restitutori illius damni, quod venditor interim passus est, cavendo re & pretio, sive sunt subrogati loco illorum fructuum, quos venditor perciperet, si rem venditam pendente solutione pretii retinisset, ad *tex. cum ibi notatis in l. curabit, C. de all. emp.*

Quoties autem fructus, vel accessiones debentur in genere, vel in substantia, prohibendum non est eos ad iustam, & verisimilem summam ab initio taxare, ad communiter notata per Canonistas in *cap. conquestus, de usuris, Dec. in cap. Venerabilis, n. 65. de except. Covarr. lib. 3. var. c. 4. n. 5. Mant. de iac. lib. 4. tit. 24. n. 22. cum seq. Leorat. de usuris, q. 27. Rota dec. 13. p. 5. rec. & passim, cum sit hodie conclusio, quae tanquam absoluta praesupponi potest; Licet enim circa interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, mutui veri, vel interpretativi, Rota & Curia admittat quidem huiusmodi conventiones ab initio ad certam uniformem taxam, non tamen admittat exactiorem, nisi illa extrinsecus, & in specie iustificata, ut Regnicolae & alii admittunt, Aramen id non provenit ex negatione dicti principii, ut scilicet dato debito in substantia, seu genere, licet ab initio pacifica, sed provenit ex eo quod Curia exigit talis interesse iustificata extrinsecus iustificari debere cum probationibus specialibus, itur non sufficiant generales occasionis, seu partium assertiones & conventiones ex deductis apud *Ubal. decif. 118. & hoc in, sapius*; Haec autem difficultas cessat in huiusmodi fructibus compensativis debitis pro pretio rei fructiferae, eo modo quo in fructibus restitutoriis*

oneum matrimonialium, & similibus dicta extrinsecus probatio necessaria non est, atque in hoc differt iste casus ab illo crediti iure pecuniarum pro mutuo vero, vel interpretativo, & hoc iure passim vivitur.

Quo vero ad alterum punctum taxae, in quo aliqua major fuit difficultas, licet *Dec. & Covarr.* ac alii, de quibus supra, sententiam huiusmodi fructus conveniri posse, etiam ad octo, & decem pro centenario, praesertim ubi pretium contractum in contractum annui redditus, in quo illud ex parte venditoris fiat irrepetibile, & cum qua opinione pertinet Regnicolae ac alii, de quibus in *Lucana disc. 18.* Nihilominus quoties pro eodem pretio valde non creatur census cum intervenit pecuniae numeratae iuxta formam praescriptam a Balla §. Pii V. Curia nunquam recepit hanc opinionem, sed decernit hos fructus ad taxam, & proportionem fructuum, quos ipsa res vendita produxit, quacumque contraria conventionem non obstante, ut longè post haec tractata habetur ut dicta *Lucana*, ac etiam in *Baren. Cens. disc. 17. & in decisionibus in ista editis.*

Est bene verum, quod interim praesumptio est pro taxa conventionali, quam nullibi iure cautum est praesertim restringendam esse ad illam inductam ex dicta gloss. in *auth. perpetua*, quoniam ex tanquam praesumptiva admittitur solum in ea taxa, quae cessante partium conventionem facienda est per iudicem adversus emptorem morosum huiusmodi fructuum debitorem ex iuris dispositione; Sicuti enim ista praesumptio non tollit, quin fructus esse possint minores, itur emptore id probante, veritas tamen praesumptioni praevalere, *ut d. disc. 17.* ita est converso non concludit, quin esse possint maiores ex more regionis, sive alia facti circumstantia, id quod non confitit de contrario, praesumptio afflitit conventioni, praesertim iurata.

Aliam quoque ponderando rationem, meo iudicio convenientem, ob quam non data contraria probatione taxa conventionalis, excurio retardanda non est, quod scilicet res vendi poterit pro minoris pretio, quam in effectu valeat, ob licitam circumventionem infra dimidiam iusti pretii iuxta terminos textum in *l. 2. C. de rescind. vendit. & in c. 3. de empt. & vendit.* & sic res quae valeat mille, & consequenter iuxta dictam legalem praesumptionem fructus solum vendi poterit pro 600. quorum fructus licite conveniri possunt ad septem, vel octo pro centenario, quia haec major summa repartita in vero valore non excedit taxam legalem.

Sive etiam quod major fructuum taxa dici possit pars pretii, quia nempe isto ingritur res vendita et set minus quam in effectu valeat, cum tunc non dicatur accessio prohibita, & usuraria, sed potius dicatur pars pretii, vel dicantur fructus restitutori damni, quod pariter venditor, vel est converso compensativus damni, quod ita emptor percipit in pretio contracti respectivo diminuto, dummodo augmentum sit dictae diminutioni proportionatum, atque ab usurarum frugibus, itur dici non possit color quærens. Unde propterea regula generalis & indeterminata desuper dari non potest, sed totum pendet ex singularum casuum individuis circumstantiis iudicis prudenti arbitrio regulandis.

Ex his pro creditore prolixe resolutio super inhibitionis moderationis, facilius in his casibus concedenda, cum debitori ex processu executivo nullum causetur praedictum, quia si ratione fructuum solvit in excessu ac ultra debitum, sibi consultum est cum sorte principali, quam habet in manibus ita diminuatam. Et est contra si fructus debentur, irreparabile est creditorei praedictum ex retardatione.

Ex eisdem fundamentis idem longè post haec obtinui in Rota in una coram Bichio *Baren.* Salviani pro Laura Barone & Isabella Regina contra Leonardum de Rubeis, ubi agebatur de pretio domus cum taxa conventionali fructuum recompenfativorum ad rationem septem pro centenario, in qua causa prodierunt decisiones 10. Junii 1652. & 24. Martii 1653. coram praefato Bichio.

R A V E N N A T I S. F R U C T U U M P R O P P. J E S U I T I S R A V E N N E.

Responsum pro veritate.

An fructus recompenfativi debiti ex aequitate, curabit pendente solutione pretii rei fructiferae, debeantur, si emptor per iudicis sequentem, vel inhibitionem impeditus fuit non solveret.

S O M M A R I U M.

- 1 Casus controversi.
- 2 Dicitur punctuale alicuius Doctoris absque contradicente, an & quando attendi debeat pro casu legis.
- 3 Consuetudinibus auctoritas suspecta.
- 4 Fructus recompenfativi ob quam rationem debeantur.
- 5 Debetur etiam cessante mora, vel culpa debitoris in solvendo.
- 6 Ampliatur etiam emptor prosequatur.
- 7 Non debentur ex dilacione conventionali.
- 8 An impedimentum ex facto iudicis excuset.
- 9 Quando emptor ad dicta fructibus excusetur.
- 10 An sequentium excuset.
- 11 De alio casu controverso.
- 12 Et de alio casu consimili, & quod excuset depositum.
- 13 Sequentium sive iustum sive iniustum excuset, & de ratione.
- 14 Non excuset si est collatum, & affectatum.
- 15 An excuset si supervenit post moram.
- 16 Non excuset si fructibus recompenfativis, nisi fiat depositum ut supra, n. 8. & 9.
- 17 An depositum non bene factum excuset.
- 18 Quomodo in hac materia iudicandum sit.

D I S C. XXII.

Acta per PP. Collegii Societatis Jesu Ravennae venditione cuiusdam praedii fructifera pro scuris 2000. Petro de Petris, ex quibus delegatum fuit 1200. solven. quibusdam de Morectis, cum ad instantiam eorundem venditorum factum esset sequestro, seu iudicis inhibito emptori, ne dictas pecunias delegatas solveret, sed penes se retineret, donec alias per ipsum iudicem demandatum esset, unde sequuntur et, quod emptor spatio annorum sex, rem & pretium temerit, dubitatum fuit, an hoc medio tempore ad fructus recompenfativos teneatur, & cum pro parte emptoris allegaret punctualis auctoritas Pacian, *conf. 111.* de iure interrogatus pro veritate.

Respondi quod licet apud nostros receptum sit, ut dictum punctuale alicuius Doctoris absque contradicente pro casu legis haberi debeat *Mart. vato 6. n. 7. Rot. dec. 132. in fine p. 5. recent.* cum aliis oppositis cumulatis per *Add. ad decif. 20. n. 42. par. 3. rec.* iuxta secundam impressionem. Aramen id intelligendum est, ubi tale dictum aliquod habet iuris fundamentum, vel legalem rationem, itur ad iuris principis non deviet, secus si absque fundamento, seu cum non veris praesuppositis loquitur, ut per *Castill. tom. 2. contr. c. 23. nu. 16. Cyriaq. contr. 50. nu. 3. & Rot. decif. 438. nu. 10. & par. 5. recent.* ubi concordantes; Et hoc maxime, ubi tractatur de dicto Consuetudinibus, quorum fides semper solita, cum ad pecuniam, vel clientis affectionem scribere soliti, multa minus vera assumant, proindeque integri testes habendi non sunt, ut per *Caball. res. pl. crim. 287. nu. 85. & Rot. d. dec. 438. n. 12. p. 9. rec.* Unde bene *Franch. dec. 260. nu. 5. in fine, & sequent.* advertit, quod ubi allegantur consilia, opus esset videre decisiones in eo casu emanatas, quod etiam habetur per *Rotam in Lunden. cens. 21. Junii 1666.* coram Taja in fine. Quotidie siquidem experimur quod Advocatorum minus excentes, atque ad cause ferivium scribentes, multa ingeniose in puncto, iuris assumunt, quae in iudicando rejiciuntur; Nec alia iuris assertio intelligenda est, nisi ubi agitur de puncto facti dubio, in quo iuris principis, vel rationibus hinc inde collatis, vel deficientibus, omnino incertum remaneat, quid iure statutum sit; Tunc enim punctualis decisio Doctoris spectanda est, alias enim esset dare auctoritatem Imperialem cuiuslibet Doctoris ejus scripta imprimere volenti, faciendi leges, quod utique omnino absurdum est, unde propterea bene fundatis, & veri Doctores pro iuris principia magis quam per Doctorem praesertim modernorum & consuetudinum multo minus collectorum dictam veritatem perquirere solent.

Quicquid ergo Clienti interveniendo dicat Pacian, *conf. 111.* cuius tantum, non gualato nec examinato articulo, relator est *Paitelli. jun. in addit. ad expeditionem senioris an. 30. nu. 10.* loquendo cum solo fidei veritatis, Respondi omnino de iure verius videri, emptorem, qui non soluto pretio nem empam retinuit, & fructus percipit, cessante conventionali dilacione, teneri ad fructus recompenfativos, quamvis ex iudicis sequestro, vel quocumque alio legitimo & iusto impedimento fuerit excusabilis, ita ut de mora redargui non valeat, quoniam quicquid voluerit aliqui de quibus Pacian, *d. conf. 111.* omnino receptum ac verius est, huiusmodi fructus non debentur ratione mora, sed propter usum rei, qui ex impedimento diminutus non est, & ne contingat emptorem ita esse in lucro de aliena, & cum alterius iactura locupletari.

Unde propterea venditor huiusmodi fructus consequi dicitur, non tanquam usuras, vel interesse ratione retardatae solutionis, sed tanquam rem propriam, quasi quod interim quod pretium non solvitur, ex quadam legis aequitate & fitione, ad istum effectum fructuum, res vendita per se vera dicitur in priori dominio venditoris; Atque hinc sequitur, quod etiam si istius facti, vel culpa postiva pretium non solvatur, adhuc receptum est fructus debentur de iactura per *Gabr. conf. 56. numer. 3. lib. 1. late Surd. conf. 101. nu. 23. cum seqq. Leorat. de usur. q. 27. numer. 27. cum duobus seqq. Gratian. discept. 588. nu. 22. & seqq. bene Rota decif. 370. 397. & 424. part. 3. recent.* quod etiam dixit apud *Duran. decif. 34. numer. 26. cum sequent.* In Romana Cambiorum 28. Aprilis 1651. §. Si quidem coram Verosipio, & omnium meo iudicio melius Beltramin ad *Greg. dec. 297. n. 12.*

Idque adeo verum, ut procedat etiam si praestito casu impedimenti, expressè emptor sibi ex pacto consulerit, ut non teneatur pretium solvere, donec ex parte venditoris implementum sequatur, ut ex *Rota, Gratian. & aliis locis citat. Leorat. d. q. 27. n. 30.*

Atque uno tantum casu emptor ab huiusmodi fructibus non soluto pretio excusabilis videtur, ubi scilicet concurrat dilatio conventionalis, non alia ratione, nisi quia haec dicitur pars pretii, quod intuitu fructuum interim solutione pendente percipiendorum praesumitur esse majus, ut bene *Leorat. loc. cit. & Rot. in alleg. dec. praesertim d. dec. 424. p. 3. rec.*

Nec refert, quod omnes dictae auctoritates & decisiones, loquantur de impedimento proveniente ex non implemento seu alio facto venditoris, non autem ubi agitur de impedimento proveniente ex praestito iudicis, quoniam inter unum casum, & alterum nulla de iure dignoscitur differentia. Quinimo majus est factum partis, nempe venditoris, qui volens poterat majorem dilacionem emptori gratiosè concedere, ac fructus condonare, quod dici non potest de iudice, cui non conceditur de alienis disponere. Et nihilominus, quamvis in venditore non adimplet, seu alius emptorem impediens, tacita dilatio resultare dicitur, atamen quia non est de illa dilacionis specie, quae ab initio in contractum deducta, dici possit pars pretii, non excusat, ex jam dicta irrefragabili ratione, quod huiusmodi fructus non debentur propter culpam, vel moram debitoris, sed propter usum rei, quem non soluto pretio habere non debuit, sive solutionis defectus proveniret ex unius, vel alterius culpa, quia semper idem resultat effectus perceptionis huiusmodi fructus sine causa cum illicita locupletatione de alieno, habendo eodem tempore, rei & pretii usum duplicatum.

Eoque magis in hac sententiam omnino deveniendum dicebam, quia tractabatur de fructibus temporis norabilis, itur emptor verè de alieno locuples fieri piceretur, poterat enim venditor inhibitus de facili impedimentum remove, atque se ab huiusmodi onere eximere, deponendo pretium, penes eundem iudicem inhinentem; Atque pro clarius resellenda opinione Paciani, quem non habemus inter milites adeo gravitatis amaratur, observabam, quod ipse innititur falso & rejecto fundamento, quod scilicet isti fructus ratione mora potius deberentur; Unde tanquam innitens minus vero fundamento non est attendendus.

Uno autem tantum casu (cessante conventionali dilacione) emptor non soluto pretio ab huiusmodi fructibus excusandus videtur, sive impedimentum proveniat à praestito iudicis, sive à non implemento, vel alio facto venditoris, ubi scilicet constaret eum interim tenuisse octiosam pecuniam ad hoc paratam, aliis usibus non applicabilem, itur si huiusmodi fructus solvere cogetur, esset in damno & iactura, quibus subjacere non debet ex culpa venditoris; Quod frequenter in praxi contingere solet, quia nempe quis vendat ejus bona, seu alius pecuniam obtineat vinculatam ad effectum investendi, & quae destinata in emptionem rei fructiferae deponatur in banco ad effectum illam solvendi venditori, postquam adimpleta fuerint ea, quae in contractum deducta sunt, tunc enim emptor non dicitur esse in lucro, atque pretium ex eius parte dicitur jam solutum, itur cesset duplicatus usus, tam rei, quam pretii, & in qua duplicatus usus ratione consistit istorum fructuum debitum, & haec mihi videbatur certa & genuina veritas.